Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9067
Copyright: Melk, Benediktinerstift



83

PREFATIO IN NATIVITATE DNI

Per omnipotentem deum. Quia per incarnati uerbi mysterium. noua mentis nre oculis lux tue claritatis infulsit. ut dum uisibiliter dm cognoscimus. per hunc in uisibilium amorem rapiamur: Et ideo cum angelis et archangelis. cum thronis et dominationibus. Cumq; omni militia celestis exercitus. ymnum glorie tue canimus. sine fine dicentes.

Communicantes et noctem sacratissimam celebrantes. qua beate Marie intemerata uirginitas huic mundo edidit saluatorem. Sed et memoriam uenerantes in primis eiusdem gloriose semper uirginis Marie genitricis eiusdem dei et dmi nri ihu xpi. Sed et beatorum apl'orum

IN EPYPHANIA DNI.

Per omnipotentem deum. Quia cum unigenitus tuus in substantia nre mortalitatis apparuit. noua nos immortalitatis sue luce reparauit. Et ideo cum ang. Infra act. Communicantes et diem sacratissimum celebrantes. quo uni